

Ex Diplomatarium Ordinis Predicatorum

1234 15/6

Rieti

Kiev (prov. of Polonia)

Pope Gregory IX takes Ulricus and his brethren, along with all Latin (: Catholic) people in Kiev, under his papal protection, as they form a 'fortress for the worship of the holy name in Russia', in spite of all the obstacles and persecution that they are met with.

Source: Transcript. Vatican Archives, Rome.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Ulrico et fratribus suis eorumque concivibus Latinis in Kiow, salutem etcetera. Sacrosancta Romana ecclesia etcetera usque confovere. Cum igitur, sicut accepimus, zelo fidei ac devotionis accensi vos murum defensionis opponatis in Ruscie partibus pro cultu divini nominis ampliando, et occasione huiusmodi a persecutoribus fidei christiane, qui vobis assiduas ponunt insidias, sepius molestari dampna sustinueritis et rapinas: nos vestris justis precibus inclinati, personas vestras cum familiis et aliis bonis vestris, que impresentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum etcetera usque communimus. Nulli ergo etcetera nostre protectionis etcetera. Si quis autem etcetera presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Reate ·xvii· kalendas julii, anno octavo.

Comments: It is traditionally supposed that 'Ulrico et fratribus suis' were Friars Preachers, although this is not explicitly stated anywhere. A Fr. Ulricus from this time and region is not mentioned in any other sources.

Published: *Vetera Monumenta Historica Poloniae et Lithuaniae* vol. I no. 55; *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae* vol. I no. 9.

1234 15/6 Rieti

Pope Gregory IX enjoins the prelates of the cathedral chapter in Sandomierz to administer the abovementioned papal protection that he has granted Ulricus, his brethren and the Latin people in Kiev.

Source: Transcript. Vatican Archives, Rome.

Gregorius episcopus etcetera. Dilectis filiis ... decano, ... preposito et ... scolastico Zandomirensibus, salutem etcetera. Cum dilectum filium Ulricum et fratres suos eorumque concives Latinos in Kiow, qui, sicut accepimus, zelo fidei et devotionis accensi se murum defensionis opponunt in ipsis partibus pro cultu divini nominis ampliando etcetera ut supra usque sub protectione suscepimus beati Petri et nostra, mandamus, quatinus non permittatis eosdem contra nostre protectionis tenorem ab aliquibus indebite mostari, molestares huiusmodi per censuram ecclesiasticam etcetera. Quod si non omnes etcetera. Presentibus etcetera. Datum Reate ·xvii· kalendas julii, anno octavo.

Published: *Vetera Monumenta Historica Poloniae et Lithuaniae* vol. I no. 56.

[ExDOP mainpage](#)

[Centre for Dominican Studies of Dacia](#)